



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XX. Gregorii Papae I. Ad Severvm Ficvlinvm Episcopvm.
Visitationem ecclesiae Rauennatis commendat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLA XX.

GREGORII PAPÆ I.

AD SEVERVM FICVLINVM EPISCOPVM.

Visitationem ecclesiæ Rauennatis commendat.

Gregorius Seuero Ficulino episcopo.

OBITVM Ioannis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus, quam ita te conuenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque, vel quidquid illud est in patrimonio eiusdem a quoquam presumatur ecclesiæ, &c. secundum modum præhabitum.

EPISTOLA XXI.

GREGORII PAPÆ I.

AD RAVENNATES.

De visitatore Seuero.

Gregorius clero, ordini & plebi consentiens Rauennæ.

VESTRI antistitis obitum cognoscentes, curæ nobis fuit visitationem destitutæ ecclesiæ fratri & coepiscopo nostro Seuero * Ficulino solenniter delegare, cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obediare, &c. secundum morem habitum.

EPISTOLA XXII.

GREGORII PAPÆ I.

AD CYPRIANVM DIACONVM.

De obitu Theodori, & alio episcopo eligendo,

Gregorius Cypriano diacono.

OBITVM Theodori episcopi dilectionem tuam iam credimus cognouisse. Sed quia ipse testamentum dicitur cōdidisse, subtiliter ne quid de rebus ecclesiæ suæ consumpsisset te oportet inquirere. Et si quidem eum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris, ita age, ut res ipsæ ab